



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XIX. Peter von Schwaneberg überläßt dem Rath zu Königsberg den Zins von einer Stadthufe, am 24. April 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

XVIII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Königsberg die Urbede und vier Seen,
am 26. August 1317.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et
Lusatiae Marchio, Recognoscimus tenore presentium manifeste, Quod dilectis Civibus nostris pre-
sentibus et futuris Civitatis nostre Könighesberg tali duximus subventionis gratia succurrendum,
quod de cetero, finitis prius libertatis ipsis per nos date annis, juxta nostrarum continentiam litera-
rum, stare volumus perpetuo contenti in quinquaginta marcis argenti brandenburgensis et ponderis,
cujus summe medietatem in festo beati Martini unam, aliam vero in festo beate Walburgis subse-
quentis anni exsolvere contributionis nomine tenebuntur singulis annis, nec ipsis hanc summam debemus
aliquatenus ampliare. Deditimus quoque ipsis atque damus donatione solenni in hys scriptis hec
quatuor stagna, sicut nos ea habuimus, Mantel, Jelant, Wobyser et Wustrow cum omni uti-
litate applicanda suis usibus, prout ipsis expedire videbitur, perpetuo et iusto proprietatis titulo
possidenda. Renunciamus siquidem dicte proprietati nec non omni juri, quod nobis aut nostris posset
competere vel accedere successoribus in futurum, renunciatione debita et solenni. Proinde dicti
Consules et Cives nostri pro se et suis heredibus et posteris dimiserant nos ac nostros successores
liberos et quitos de septingentis talentis, que ipsis ex iustis causis debuimus, denariorum Branden-
burgensium et de quinquaginta quinque talentorum eorundem denariorum, que etiam ipsis ex parte
Domini ebelonis de viddechō bone memorie debuimus, nec non de quadraginta quinque ta-
lentis denariorum Brandenburgensium, que eisdem ex parte Mathie, nostri quondam clavigeri,
etiam debebamus, quarum summarum quidem solutionem faciendam ipsi in se susceperunt in totum.
Et ut premissa a nobis et nostris successoribus ubivis inviolabili observatione serventur, hanc literam
super eo fieri iussimus et nostri Sigilli robore fideliter communiri. Testes quoque sunt Nobilis Vir
Guntherus Comes de Keuernberg, Droyfco, Slotico, nostri Dapiferi fideles, Henricus
de Schenckendorff, Rudolphus de Liuendal, milites, Henricus, Ecclesie Stendali-
ensis Decanus, Euerhardus, Prepositus Stolpenfis, Hermannus de Luchow, nostre Curie
Capellani, cum aliis quam plurimis fide dignis. Actum et datum Soldini, Anno Domini M^o CCC^o
septimo decimo, septimo Kalendar. Septembris.

Nach dem Copialbuche der Stadt Königsberg No. 4. Rükenhaft in Rehrberg I, S. 12 u. 264, wo die Urkunde dem
Jahre 1307 zugeschrieben ist.

XIX. Peter von Schwaneberg überläßt dem Rath zu Königsberg den Zins von einer Stadt-
hufe, am 24. April 1319.

Ego petrus de Swanenberg scripta per presenciam profiteor, me censum vnus mansi,
quem de manu incliti principis woldemari, marchionis de Brandenborch, iusto pheodi
titulo tenui in ciuitate koningefberch ad usus Consulium eiusdem ciuitatis koningefberch

presente domino henrico de stegelitz resignasse. In cuius testimonium sigillum patris mei videlicet Johannis de swaneberch felicis recordacionis nichilominus et meum presentibus est appensum. Testes huius facti sunt rustici et incole uille lutcelow et alii quam plures fidedigni. Datum lutcelow, anno domini Millefimo tricentesimo XIX, octaua kalendarum Maii.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 17.

XX. Markgraf Woldemar vereignet den Hufenbesitzern zu Königsberg das Hebungerecht des aus dem Besitz der Lehnsinhaber ausgelösten Hufenzinses, im Jahre 1319.

Nouerint etc. Quod nos woldemarus, dei gracia etc. fidelibus nostris ciuibus possessoribus manorum in koninghesberg, presentibus et futuris, ad emendationem dicte ciuitatis dedimus proprietatem census manorum pro quinquaginta marcis argenti brandenburgensis nobis plena perfolutis, perpetuo possidendum, Cuius quidem census frustum quilibet dictorum manorum possessorum emerunt ab hiis, qui a nobis dictum censum pheodi titulo tenuerunt, pro LX marcis argenti brandenburgensis, Renunciantes dicto censui et omni iuri, quod nobis et heredibus nostris competere posset in futurum. In cuius testimonium etc. Datum torgelow, anno domini M^o CCC^o decimo nono, nostro sub sigillo, presentibus pluribus fide dignis.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 7 und 61.

XXI. Verbrüderung der Städte Königsberg, Schönfließ, Bärwalde und Mohrin, vom 24. April 1320.

In nomine Domini Amen. Nos Consules Civitatis Scowenflete notum presentibus volumus fieri universis, quod quatuor Civitates Conegesberche, Scowenflete, Berenwolde et Morin unionem indissolubilem quacunque etiam necessitate eis incumbente fecerunt in hunc modum, ita videlicet: Quod omnibus importunitatibus eisdem advenientibus firmiter volunt unanimiter resistere, absque ulla separatione, omni ambiguitate procul mota. Preterea nempe sciendum est, quod Domini Consules de conegefberche se pre aliis tribus Civitatibus obligaverunt sub hac forma, quod ipsi in computatione volunt dare decem denarios, ubi quevis aliarum trium predictarum Civitatum sex denarios sunt daturi. Insuper in reyßis equitandis volunt habere decem Viros, quando alie predictae tres Civitates unaqueque sex Viros constant habituri. Ut ea, que per nos nostro maturo consilio acta sunt, locum contineant et vigorem, ita ut predicta omnimode maneant indivisa, nostrum Sigillum in evidens signum certitudinis omnium predictorum presentibus est appensum.